

Dico 2. Operatio Dei virtualiter transiens est ratio formalis, per quam existit intimè in rebus.

Prob. 1. ex verbis Apostoli in priori conclusione citatis. Videtur enim Apostolus probare Deum esse in nobis per hoc, quod per ipsum vivamus & simus, tanquam per rationem a priori; quia, si esset probatio a posteriori, esset per effectum nobis notiosem, quod tamen non est; quamvis enim nobis notum sit quod simus, & vivamus, non est tamen nobis notus, quod per Deum simus & vivamus, quàm quod ipse sit in nobis. Eadem ratione potest dici, quod Patres laudati in 1. Conclusionem probent existentiam Dei in rebus ex eius operatione tanquam ratione a priori.

Prob. Conclusio rationibus D. Thomæ (3. contr. gent. c. 68.) 1. Res corporea est in loco non immediate per suam substantiam, sed per contactum quantitatis dimensivæ: ergo res incorporea est in alio, non immediate per suam substantiam, sed per aliquem contactum: omne enim quod est in loco, vel in quacumque re, tangit ipsam; & si non tangat non est in ipsa, sed ad summum ipsi propinqua: non potest autem concipi in substantia incorporea alter contactus, quàm virtutis; non enim tangit immediate per se ipsam, ut jam dixi ex paritate substantiæ corporeæ, & patet; quia secundum se est absoluta ab aliis rebus, ut modo dicam: neque per immensitatem, quia immensitas est solum aptitudo ad existendum in omnibus, non ratio formalis existendi; undè Deus ab æterno est immensus, non autem ab æterno existit in rebus, sed in tempore tantum. Subsumo: atqui contactus virtutis est per operationem, quia virtus activa non unitur, aut tangit alterum nisi agendo in illud, seu se ipsam applicando illi: ergo.

Sicut ergo substantia corporea per quantitatem molis est apta ad existendum in loco, & per hujus quantitatis contactum ad superficiem locantis formaliter existit in loco, & indè in illa resultat ubi, seu relatio coexistentiæ & presentitiæ: ita substantia incorporea per quantitatem virtutis est apta existere in rebus; & hæc vocatur in Deo immensitas, quia virtus ejus ad omnia se potest extendere, & per contactum hujus virtutis ad res, eas producendo formaliter in eis existit; & indè resultat relatio coexistentiæ, seu presentitiæ, quæ in Deo est rationis tantum, & denominatio extrinseca, quia non dependet a rebus, sed facit eas dependere a se; nec proprie se illis applicat, sed illas sibi.

Est tamen differentia inter Deum, & alias substantias incorporeas, puta, Angelos & animam rationalem, quantum ad hujusmodi contactum virtutis, quod, cum operatio Angelicæ non sit creativa, sed educativa, non facit subjectum in quo operatur, sed supponit, eique se reddit presentem per operationem productivam effectus superadditi: similiter anima supponit entitatem materiæ. Undè, quamvis Angelus sit in illo subjecto intimè quantum ad terminos loci & quantitatis, non est tamen intra terminos essentiae seu substantiæ, quia non producit esse subjecti, sed supponit. Similiter anima, quamvis intimè penetret materiam, quàm Angelus quantitatem, quia eam informat in esse substantiali; quia tamen supponit entitatem potentialem materiæ, cui superaddit esse substantialem, non totaliter illabitur entitati materiæ. At verò Deus, cum operatio ejus sit creativa totius esse, nihilque omnino supponat prius productum, sed totum efficit, ideo intimè illabitur intra terminos essentiae. Undè illud S. Thomæ: (In 2. d. 8. q. 1. art. 5. ad 3.) In essentiam non intrat nisi ille, qui dat esse, scilicet Deus creator.

2. Essentia divina secundum se est omnino absoluta ab omnibus creaturis: ergo non connotat illas, aut quovis modo comparatur ad illas, consequenter in illis non existit, nisi quatenus facit illas dependere a se, atqui id præstat per operationem in illis: ergo. Confirmatur. Deus denominatur in tempore existens in creaturis; atqui hæc nova denominatio non advenit illi per sui mutationem: ergo per mutationem creaturæ. Subsumo; atqui Deus immutat creaturas per suam operationem virtualiter transeuntem: ergo. (In 1. d. 37. q. 1. art. 2. o.)

Solvuntur Objectiones.

Objectiones 1. cum D. Tourney. Operatio Dei juxta modum nostrum intelligendi sequitur, & supponit presentiam Dei in rebus: ergo operatio Dei non est ratio formalis, per quam Deus existit in rebus, sed non probatur existentia Dei in rebus per operationem tanquam per rationem a priori. Patet Consequentia; sicut enim operari sequitur esse; ita operari in loco, sequitur esse in loco.

R. D. Ant. Operatio Dei sequitur, & supponit presentiam Dei in rebus in ordine essendi, C. Ant. In ordine locandi, N. Ant. Igitur esse, & operari in loco sunt simul in Deo simultate temporis: at in ordine locandi, operari cum sit ratio formalis essendi in loco, prius concipitur, quam essentia.

Sicut in substantiis corporeis, licet substantia in ordine essendi concipitur prior quantitate, quantitas tamen, seu contactus quantitatis in ordine locandi, prius concipitur, quàm substantia; quia est ratio formalis, per quam substantia est in loco.

Objectiones 2. cum eodem Theologo. Quod est in Deo necessarium & intrinsecum, non pendet, neque probatur a priori ex eo quod est liberum & externum; atqui presentia Dei in rebus (supposita earum existentia) necessaria est, & interna; quandoquidem fieri non potest, ut ab illis rebus absens sit; operatio verò Dei transiens libera est, & externa: ergo presentia Dei in rebus a priori non probatur ex operatione transeunte.

R. D. Maj. Quod est in Deo necessarium, & intrinsecum non pendet, neque probatur a priori ex eo quod est liberum, & extrinsecum, si sit necessarium independenter ab eo quod est liberum, C. Maj. si sit necessarium tantum ex hypothesi, & dependenter ab eo, quod est liberum, N. Maj. Ad hunc sensum, D. Min. atqui presentia Dei in rebus (supposita earum existentia) necessaria est, & non est rerum existentia independenter ab operatione Dei, C. Min. Est rerum existentia independenter ab operatione Dei, N. Min. & Conseq. Ad id autem, quod dicitur, presentiam Dei esse intrinsecam, & operationem transeuntem esse extrinsecam, patebit responsio ex solutione 6. objectionis.

Objectiones 3. cum eodem. Si per impossibile aliquid esset, in quo Deus non ageret per virtutem, adhuc foret ipsi præsens per suam naturam, quæ, cum infinita sit, & immensa, a nulla re distans concipi potest; alias aliquo circumscripta, & finita conciperetur, quod implicat.

R. 1. Retorquendo argumentum. Si Deus per impossibile non esset immensus, & produceret aliquam creaturam, esset in illa: ergo non ratione immensitatis, sed ratione operationis esset in rebus.

R. 2. N. Ant. dato enim hoc impossibili, quod aliquid esset, in quo Deus non ageret, non esset præsens positivè huic rei, sed negativè tantum: sicut substantia corporea, ablata quantitate, non esset præsens loco positivè, sed negativè tantum: sic v. gr. aqua in vase sublata quantitate non esset amplius positivè in vase ut in loco; quia non contingeret amplius superficiem vasis ambientis, qua ratione dicitur positivè esse in vase, seu in loco; sed diceretur tantum præsens vasi, presentia, seu indistantia negativa, quatenus in sua substantia ab illo non esset neque distans, neque præsens. Similiter Deus in hypothesi facta non esset in illa re positivè, cum in ea non possit sic esse nisi per operationem; sed esset negativè, quia, existens in semetipso, ab illa non esset neque distans, neque præsens. Ex uno autem impossibili sequi aliud impossibile, non est mirum, neque implicat: & sic patet responsio ad probationes Antecedentis.

Objectiones 4. cum eodem. Sicut Deus per æternitatem immediate omni tempore coexistit, ita per immensitatem immediate, ac formaliter rebus omnibus intimè præsens est.

R. N. Ant. Disparitas est, quod æternitas sit actualis, & tota simul duratio rei immutabilis; at verò immensitas non est actualis existentia in rebus, sed aptitudo tantum ad existendum in illis; actu autem existit per operationem.

Objectiones 5. cum eodem. Diversa est omnipotentia, & immensitatis divinx ratio; atqui, si Deus formaliter, & immediate constitueretur præsens in loco per operationem, eadem foret notio immensitatis, quæ & omnipotentia: ergo.

R. Quidam, inter quos novissimè noster Rabaudi, censent omnipotentiam, & immensitatem non esse in Deo attributa virtualiter distincta, quia actu secundum utriusque est idem absque virtuali differentia, scilicet operatio; eadem enim operatione Deus agit, & formaliter tangit creaturas, nec tangit nisi quia efficit. Hæc sententia non videtur improbabilis, & juxta illam neganda foret major propositio argumenti. Communior tamen sententia intra, & extra scholam S. Thomæ est, ea attributa virtualiter distingui, quia quamvis operatio sit actu secundum utriusque, non tamen sub eadem ratione: est enim actu secundum omnipotentia, quatenus agit, seu efficit; est actu secundum immensitatis, quatenus tangit, & extendit Deum in ordine ad spatium: hæc autem due rationes debent in Deo virtualiter distingui, quia ea virtualiter distinguuntur in Deo, quæ ita distinguuntur in creaturis, ut ad diversas lineas pertineant, ut diximus in præcedentibus: immensitas verò pertinet ad ordinem entitativum, & importat latitudinem extensionis; & omnipotentia pertinet ad ordinem operativum, & importat latitudinem virtutis agendi. Undè S. Thomas recenset immensitatem inter attributa, quæ pertinent ad ordinem entitativum. Et infra q. 25. omnipotentiam inter attributa, quæ pertinent ad ordinem operativum. In hæc ergo sententia distinguenda est Minor: si Deus formaliter, &

immediate constitueretur in loco præsens per operationem efficienstem, eadem foret notio immensitatis, & omnipotentia, C. per operationem ut tangentem, & extendentem Deum in ordine ad spatium, N. Solutio patet ex dictis.

Instabis. Juxta ea, quæ diximus in 1. §. ex art. 3. D. Th. Deus est ubique tribus modis distinctis, scilicet per presentiam, per potentiam, & per essentiam; atqui est ubique per potentiam mediante operatione: ergo non est ubique per essentiam mediante operatione, alioquin isti duo modi non distinguerentur.

R. N. Min. Ratio enim, per quam Deus est in rebus per potentiam, non est operatio, sed ipsamet potentia, non ut exequens, aut agens, sed ut gubernans, & regens. Undè, quamvis Deus non operaretur esse in creaturis, foret tamen in omnibus per potentiam, quatenus posset illas gubernare, & regere per Angelos, & homines: sicut Rex sedens in solio est toti regno præsens per potentiam, quatenus totum regnum per ministros regit, & gubernat. Undè dicit S. Th. (Quodlib. 11. q. 1. art. 1. ad 3.) Et tamen si Deus non esset ubique: nihilominus gubernaret omnia providentia sua.

Repones: Deus mediante cognitione existit in omnibus per presentiam; atqui cognitio in Deo est operatio: ergo non existit in rebus per essentiam mediante operatione: alias, ut antè, isti duo modi non distinguerentur.

R. D. Maj. Deus mediante cognitione ut formaliter immanente est in rebus per presentiam, C. Maj. Mediante cognitione ut virtualiter transeunte, N. Maj. Ad hunc sensum D. Min. Cognitio in Deo est operatio formaliter immanens, & virtualiter transiens, C. Min. Formaliter immanens tantum, N. Min. Igitur cognitio in Deo quæ est operatio formaliter immanens facit omnia Deo presentia objective, & sic ea mediante Deus est in omnibus per presentiam: Quæ est verò virtualiter transiens dans esse creaturis, facit Deum esse in illis per essentiam.

Objectiones 6. vel operatio secundum quod se tenet ex parte Dei, & est eius substantia, est in illo formalis ratio existendi in rebus, vel secundum quod se tenet ex parte creaturæ, quæ immutat? Si primum, ergo antecederet ad rem creatam, & immutatur Deus est præsens per suam substantiam, quia operatio ut est substantia Dei antecedit rem creatam: si secundum, ergo Deus est in rebus per aliquid creatum, quod non potest dici.

R. Quod neque operatio præcisè ut se tenet ex parte Dei, neque præcisè ut se tenet ex parte creaturæ, sit ratio formalis Deo existendi in rebus; sed operatio secundum quod se tenet ex parte Dei, & simul connotat immutationem passivam creaturæ, quam facit, & tangendo sibi applicat; sicque importat in recto aliquid divinum, in obliquo autem, & de connotato aliquid creatum. Undè, ut jam notavi, resultat in Deo denominatio extrinseca presentis, & relatio rationis presentia, seu coexistentia.

Objectiones 7. Verbum existit in humanitate Christi per subsistentiam: ergo datur in Deo alia ratio formalis existendi, quàm per operationem.

R. Hunc existendi modum esse specialem; nos autem loquimur de modo generali, quo Deus est in omnibus rebus. Insuper Verbum non existit in humanitate Christi, nisi in quantum illum producit, & conservat, seque illi unit hypostaticè, consequenter operando.

Petes 1. Utrum Deus sit, non solum in omnibus rebus, sed etiam in omnibus locis, ut sunt loca formaliter?

Antè responsum nota. Aliud est esse in loco materialiter ut res est; aliud esse in loco ut locus est formaliter. Sic v. gr. si esset vas pictum liquore plenum, liquor esset in vase: formaliter ut locus est, pictura autem esset in vase ut res est. Deum esse in omnibus locis, quatenus loca sunt res quædam, huic usque probavimus ex eius operatione in rebus. Utrum verò sit etiam in omnibus locis formaliter ut loca sunt? (Hic art. 2. o.)

R. Deus est secundum quid in omnibus locis, quatenus sunt loca formaliter. Quia locata dicuntur esse in loco formaliter, in quantum replent locum; Deus autem omnem locum replet, non quidem sicut corpus, quod dicitur replere eum in quantum non patitur secum aliud corpus; sed quia dat esse omnibus locatis, & facit quod unumquodque suum repleat locum.

Petes 2. Utrum esse ubique, sit proprium Dei?

R. Esse primò per se ubique, est proprium Dei. (Hic art. 4. o.) Explicatur, & probatur. Id dicitur esse ubique Primò, quod secundum se totum, & non secundum diversas partes, est ubique; quod enim convenit alicui ratione partis, non convenit ei Primò: sic, si homo est albus dente tantum, ut Æthiops, albedo non convenit Primò homini, sed denti. Dicitur esse ubique

que per se id, cui convenit esse ubique, non per accidens, & ex aliqua suppositione facta, quia sic granum milii esset ubique, supposito quod nullum aliud corpus esset; sed cui convenit esse ubique qualibet suppositione facta rerum, & locorum, etiam infinitorum. His autem modis esse ubique, patet solum Deo convenire; quia ipse solus secundum se totum, & non secundum partem, est in omnibus rebus, & locis, quantumvis supponantur multiplicata etiam in infinitum.

§. IV. Utrum Deus sit actu in spatiis imaginariis.

Nota 1. Spatia imaginaria dicimus vacua, & inania intervalla, quæ concipiuntur extra mundum, aut in spatio, quod nunc occupat mundus, antequàm crearetur.

Nota 2. Aliquid esse actu in spatio potest dupliciter intelligi. Uno modo comparative ad terminum, cui coexistit, & præsens est. Alio modo absolute in ordine ad se, quatenus est in se existens, & designabilis in omni parte spatii, licet nulli termino coexistat, aut præsens sit. Primo modo Deum non existere actu in spatiis imaginariis, est manifestum; cum enim ipsa spatia imaginaria nihil sint, sed figmenta mentis nostræ, non potest Deus sic in illis existere, ut coexistat, & præsens sit alicui termino suæ presentie, sicut existit in locis positivis, & reallibus. De secundo modo ergo est difficultas.

Deum existere actu in spatiis imaginariis presentia absoluta, & designabili in quacumque parte spatii, tenent plures ex Societate, licet differant in modo explicandi hæc presentiam. Ab hac sententia, quam aliundè impugnant, videntur non recedere illi, qui dicunt Deum existere actu in spatiis imaginariis, non tanquam in rebus, aut locis, sed in semetipso. Ità Bancel, qui eandem sententiam tribuit Bannes, & Serra; de isto tamen non ita clarè constat. Cæterum cum communiori sententia.

Dico: Deus non est actu positivè in spatiis imaginariis, sed virtute tantum, & potentia. Ita communiter Thomistæ cum S. Thom. S. Bonavent. Scotus, & pluribus aliis.

Prob. 1. auctoritate Patrum. S. Aug. super Ps. 122. ait: Antequàm faceret Deus celum, & terram, ubi habitabat?... In se habitabat, apud se habitabat, & apud se est Deus. S. Bernardus l. 5. de consid. c. 6. Ubi erat Deus, antequàm mundus fieret?... Non est quod quæras ultra ubi erat, præter ipsum nihil erat: ergo in se ipso erat. S. Thom. super c. 2. Joann. lect. 1. ad illa verba: Et Verbum erat apud Deum, respondens objectioni quorundam hæreticorum, qui dicebant, quod, si antè omnia nihil erat, nihil fuisset, in quo esset Verbum, dicit: Hæc objectio procedit secundum imaginationem eorum, qui ponunt omne, quod est esse alicubi, in loco, quæ quidem excluditur a Joanne, cum dicitur: apud Deum. Est autem eadem ratio de spatiis imaginariis nunc extra mundum, quæ de spatiis imaginariis antè mundum. Item Aug. libr. de natura boni cap. 3. dicit, Deum esse supra mundum. Non spatiis locorum, sed ineffabili, & singulari potentia.

Prob. ratione. 1. Ex principiis D. Thom. supra positis. In trutium Deus est alicubi, in quantum ibi operatur, ut probavimus; atqui Deus non operatur in spatiis imaginariis, cum nihil sint: ergo.

2. Deus non est in nihilo, nam in nihilo, inquit S. Thom. (In 1. d. 37. q. 2. art. 3. in arg. s. c.) Nihil omnino est; imò stultum est, inquit S. Bonavent. in 1. D. 37. apud Henno dicere, Deum esse in eo, quod est nihil: sicut stultum foret dicere, Deum esse in chimæra, quam imaginamur, aut in rebus possibiliibus; atqui spatia imaginaria sunt omnino nihil, ac mera figmenta rationis nostræ, non secus ac chimæra: ergo.

Respondent adversarii, spatium imaginarium non esse nihil sicut chimæra, aut res possibiliis; sed esse nihil, cui non repugnat repleri; consequenter Deum posse in eo existere, non existentia relativa per habitudinem ad aliquid, quod tangitur, sed existentia absoluta, & designabili in quacumque parte spatii. Sic prima sphaera, inquit, existit in spatiis imaginariis: sic etiam Christus, qui juxta Scripturam ascendit super omnes coelos.

Sed contra, & hæc responsio directè impetit sententiam adversariorum. Non potest intelligi aliquid adesse spatio inani, nisi quia vel replet illud formaliter per extensionem suam quantitativam, sicut contingit in prima sphaera, & forte in corpore Christi, vel efficiat aliquid efficiendo quod sit in illo spatio, & mediante quo efficiens illi spatio adsit; quia esse in spatio non potest intelligi sine correspondentia ad ipsum, & sine aliqua proportionem repletiva vacui: alias non remaneret presentia absoluta in spatio, sed sola existentia rei in se ipsa. Non potest autem aliquid intelligi habere correspondentiam, & proportionem ad spatium vacuum, nisi hoc duplici modo, vel quia formaliter replet illud, vel quia efficit aliquid in illo mediante quo illi præsens est: non enim (quod be-

bene advertas) virtus effectiva respicit immediatè vacuum spatium, quia cum sit nihil, ipsum non facit virtus, nec in ipso recipi potest; sed mediatè, quatenus potest aliquid in ipso facere, mediatè quo ipsi adest; atqui Deus non replet formalitèr vacuum inane per extensionem quantitativam qua caret, neque effectivè, quia nihil efficit in illo mediatè quo illi vacuo adsit: ergo.

Dixi: Et fortè in corpore Christi: Quia, quòd Christus dicatur ascendisse super omnes caelos, potest intelligi, vel quòd supra convexum caeli ascenderit, vel quòd sublimiorem, & digniorem caeli locum obtineat: sicut enim cum dicimus, quòd quis ascendit super turrim aut super arborem, potest esse sensus, quòd supra summitatem ultimam turris aut arboris ascendit, vel quòd superiorem partem turris aut superiores ramos arboris attigerit. Utramque explanationem admittit S. Thomas, primam 3. p. q. 17. art. 4. secundam in 3. dist. 22. q. 3. art. 3.

Restat ergo, & est 2. pars conclusionis, quòd Deus sit in spatiis imaginariis virtute tantum, & potentia; quia potest in illis alium mundum, aut quodvis aliud creare, mediatè quo illis aderit. Nec plus exigit illius immensitas; quia, ut jam non semel observavi, immensitas in eo sita est, quòd possit existere in omnibus rebus, & locis, quae sunt; non autem quòd existat actu in rebus, & locis, quae non sunt; sed quòd possit in eis existere, quia potest illa producere. Non ergo coarctatur Deus in nostra sententia intra ambitum hujus Universi, cum possit extra illum existere creando, & operando quicquid ipsi placuerit; & per haec praecipuae objectiones.

Solvuntur Objectiones.

Objectiones 1. iuxta Scripturam, & Patres: Deus non continetur in hoc mundo, sed est extra illum. 3. Reg. 8. dicitur: *Celi calorum te capere non possunt.* Job. 11. *Deus dicitur excelsior caelo, profundior inferno.* In Concil. Ephes. cap. 6. apud Serra dicitur, *divinam naturam omni termino, & loco etiam imaginario superiorem esse.* Ipse S. Thom. Quodlibet. 12. art. 1. dicit, *Deum esse non solum in his, quae sunt, sed etiam in imaginariis, & in praeteritis, & in futuris.* Et 1. ad Hannibald. d. 37. p. 2. art. 2. *Hoc adverbium ubique, inquit, refertur ad omnem imaginabilem locum:* ergo.

R. Generalitèr haec, & similia testimonia intelligenda esse, vel iuxta id, quòd dicit Aug. Deum esse extra, & supra mundum, non spatiis locorum, sed ineffabili, & singulari potentia, ut dicitur in secunda parte conclusionis, quatenus potest operari extra mundum, & illic operatione existere; vel iuxta id, quòd dicit D. Thom. (*Hic art. 1. ad 1. & 3.*) Deum esse supra omnia per excellentiam suae naturae, non per distinctionem localem. Priora autem verba D. Thomae esse intelligenda in primo sensu, patet ex hoc, quòd dicit Deum esse in imaginariis, sicut in praeteritis, & futuris, sed potentia tantum, quatenus, & haec potest producere, & illa reproducere. Quantum ad posteriora verba, jam alibi animadverti hoc opus ad Hannibald. non esse D. Thomae. Ceterum horum verborum sensus est, quòd non possit cogitari dari locum verum, in quo non sit Deus; pater, quia addit Author: *Neque esse possibile imaginari locum aliquem, ubi ipse non esset, illo loco posito;* per quam ultimam particulam significat, se loqui de loco vero, & posito.

Instabis: Aug. 1. 11. de Civit. c. 5. disputans contra quosdam, qui dicebant mundum fuisse ab aeterno, quia alioquin Deus infinitis temporibus fuisset otiosus, dicit: *in substantiam Dei a tantis locorum extra mundum spatiis absentem esse dicitur sine, & uno tantum, atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatur:* ergo.

R. S. Augustinum illic loqui, non asserendo, sed arguendo in sententia eorum, qui ponebant mundum esse ab aeterno; quia alioquin Deus infinitis temporibus, quae cogitabat processisset mundum, debuisset otio torpere. Dicit itaque Aut. *Similiter ergo cogitet extra mundum infinita spatia locorum, & idem inconveniens inde sequi.* Vel enim illa spatia sunt realia, sicut fingunt tempora realia ante mundum, & sicut inconveniens reputatur Deum illis temporibus cessasse ab operatione; sic inconveniens est, Deum in illis spatiis cessare ab operatione, & hoc est quòd intendit in verbis argumenti: si verò illa, & tempora, & spatia sunt fictitia, & imaginaria; sicut non est inconveniens in spatiis imaginariis non operari, ita nec in temporibus imaginariis. Unde concludit: *Quòd si dicunt inanes esse hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit praeter mundum; respondetur eis isto modo, inanis homines cogitare praeterita tempora vacationis Dei, cum nullum tempus sit ante mundum.*

Objectiones 2. a ratione. Deus ab aeterno, & necessitè est immensus, & infinitus in ratione immensitatis: ergo est in omnibus

& infinitis spatiis imaginabilibus; nec ad hoc pendet a libera sua operatione.

R. N. Consequ. quia immensitas non importat actualem existentiam in omnibus locis, sed tantum potentiam in eis existendi, ut patet ex dictis in secunda parte conclusionis, & alibi.

Instabis: Aeternitas ratione suae infinitatis ambit omnia tempora, praeterita, praesentia, & futura: ergo paritèr immensitas ratione suae infinitatis ambit omnia loca praeterita, praesentia, & futura, consequentèr imaginaria.

R. 1. Hoc argumentum nimium probare; ex eo enim sequitur, quòd Deus actu existat in omnibus, quae fuerunt, & non sunt amplius, ut in Arca Noè, in Templo Jerusalem, & in omnibus, quae erunt, & nondum sunt, ut in Antichristo, quod non est admittendum.

R. 2. N. Consequ. Disparitas est 1. quòd aeternitas, ut dicimus modo, sit actualis duratio rei ab aeterno, in aeternum immutabilis, independentis a contactu, & operatione, consequentèr ambire debet omnes durationes non solum praesentes, sed praeteritas, & futuras. Immensitas autem non est actualis existentia in infinitis locis, sed potentia existendi in rebus dependentèr ab operatione, & contactu, qui fieri non potest in spatio imaginario, nisi producendo aliquid in illo. Altera disparitas est, quòd aeternitas sit infinita in ratione durationis, siquè debet ambire omnia tempora, & omnes differentias durationum, quales sunt non solum tempus praesens, sed etiam praeteritum, & futurum. Immensitas autem est infinita in ratione locandi, siquè debet ambire omnes differentias locorum: locus autem sive praeteritus, sive futurus, consequentèr imaginarius, neque locus est, neque aliqua loci differentia, sed pertinet potius ad lineam durationis. (*In 3. d. 37. q. 2. art. 3.*) Tertia disparitas est, quòd per aeternitatem res dicantur esse in Deo, & per immensitatem Deus dicatur esse in rebus; quicquid autem est in altero, ad modum illius est: cum ergo Deus sit ab aeterno, & in aeternum, omnes durationes continet; at vero, cum locus non sit nisi in tempore, Deus non est in illo nisi in tempore, & quando existit.

Objectiones 3. Deus non minus potest ratione suae immensitatis, & quantitatis virtutis, quam possit corpus infinitum, si daretur, ratione suae quantitatis extensae; atqui, si daretur corpus infinitum actu, repleteret omnia spatia imaginaria: ergo.

R. D. Maj. Deus non minus potest in genere causae efficientis, quam corpus infinitum, si daretur, C. Maj. In genere causae formalis, N. Maj. Porro, si daretur corpus infinitum, repleteret formalitèr spatia imaginaria per suam extensionem materialem, ratione cuius haberet proportionem, & correspondentiam pleni ad vacuum, ut diximus; quod non potest Deus, quia non est extensus materialitèr, & hoc involvit imperfectionem. At potest efficere quaecumque voluerit corpora in spatiis imaginariis, & his corporibus mediantibus esse in illis spatiis.

Objectiones 4. ab inconvenientibus. Si Deus actu non existeret in spatiis imaginariis, sequeretur 1. quòd posset mutari, casu nempe quòd crearet aliquid corpus in spatiis imaginariis; tunc enim inciperet esse de novo, ubi antea secundum non erat. 2. Sequeretur, quòd posset moveri per accidens, hoc est, ad motum alterius eo modo, qua nauta movetur ad motum novis; quia posset movere istud corpus in spatiis, siquè inciperet esse ubi esset corpus, & desineret esse ubi desineret esse corpus. 3. Sequeretur, quòd possent esse a se divisus, si nempe crearet duo corpora a se distantia in his spatiis; esset enim in utroque, & non esset in medio secundum nos, quia est spatium imaginarium: ergo divisus.

R. ad 1. N. Sequelam: ut enim aliquid mutetur, debet se habere passivè, & aliquid in se recipere, quòd antea non habebat; Deus autem non est de novo praesens in illo corpore per praesentiam aliquam in se receptam, sed per actionem in illud corpus, quòd creat ut movet extra mundum: unde tota mutatio se tenet ex parte corporis producti aut moti. Sicut, cum Deus creavit huic mundum, in eo exstitit, in quo antea non existerat, nec tamè ideò fuit mutatus, quia non in eo de novo exstitit per aliquid receptum in se, sed per ipsam mundi productionem; productio autem mundi est in Deo ab aeterno, sed virtualitèr transiens in tempore, ut dicam infra. Et hinc patet responso ad 2. quia moveri est mutari; est enim motus actus entis in potentia ad aliquid recipiendum: dum enim movetur corpus, Deus in illo non movetur, licet desinat esse ubi desinuit esse corpus, & incipiat esse ubi corpus incipit esse; quia non incipit esse de novo per aliquam praesentiam in se receptam, sed per hoc quòd producit aut conservat illud corpus, ubi antea non conservabat.

Si dicas: Deus secundum substantiam, & non solum secundum connotationem aut denominationem, antea non erat praesens in hoc loco, & nunc productio corpore esse ibi praesens secundum substantiam; R. ut antè, D. Ant. Et modo est ibi

praesens secundum substantiam ut producentem, & immutantem creaturam, C. Ant. Secundum substantiam in se recipientem praesentiam, N. Ant. Neque enim Deus existit in rebus per applicationem passivam suae substantiae ad illas, sed faciendo eas sibi praesentes per activam mutationem illarum; ad quòd sufficit, quòd sit in se ipso cum virtute efficiendi, & immutandi illas, & per hoc existendi in illis.

Ad 3. R. cum Joann. a S. Thoma, obiectum inconveniens fundari in falsa imaginatione apprehendente spiritualia ad modum corporalium, quasi substantia spiritualis dividatur, si non continuiat ponatur in spatio, ita quòd operetur in extremis, & non in medio. Id quidem sufficeret ad divisionem rei quantae, quae commensuratur spatio; sed non sufficit ad divisionem rei spiritualis, quae non commensuratur spatio, seu loco, sed est independentis ab illo, & potius illum continet quam continetur ab illo: unde ex hoc, quòd operetur in extremis, & non in medio, non sequitur quòd dividatur in se, sed quòd dividatur effectus, & quòd assiat illis sine divisione sibi. In quo, inquit laudatus Theologus, oportet transcendere imaginationem, & illam corrigere ex eminentia rei spiritualis, R. indendentiae illius ab omni commensuratione mediis spatii, vel loci.

ARTICULUS VII.

De Immutabilitate Dei. D. Thom. Quest. 9.

Quæritur 2. Utrum Deus sit omninò immutabilis? R. affirmative. (*Hic quest. 9. art. 1. o. Ibid. in arg. s. c. Ibid. o.*) Prob. 1. ex Scriptura. Malach. 3. dicitur: *ego Deus, & non mutator. Jacob. 3. apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obprobatio.*

Prob. 2. ratione, quae est virtualitèr triplex. Ad naturam mutationis requiritur 1. Potentialitas cum privatione, ut terminus a quo. 2. Forma de novo acquirenda, ut terminus ad quem. 3. Subiectum susceptivum successivè plurimum formarum; atqui primum excluditur in Deo ratione actus puri, secundum rationis integritatis perfectionis, tertium ratione summae simplicitatis: ergo.

Confirmatur: Si Deus posset mutari, mutaretur, vel in melius, vel in pejus, vel in aequale, vel amitteret quòd habet, vel acquireret quòd non habet; haec autem omnia importare imperfectionem, manifestum est.

Dices 1. Deus factus est, & fit quotidè de non operante operans; ut patet in creatione mundi, quae facta est in tempore, & in quotidiana productione novorum effectuum: ergo mutatur.

R. N. Ant. Deus enim ab aeterno operatur, quòd fit in tempore, quia ejus operatio formalitèr immanens, & virtualitèr transiens non distinguitur ab ipso; nihil enim est aliud, quam ipsa ejus voluntas, qua vult ab aeterno aliquid fieri in tempore; unde tota mutatio se tenet ex parte creaturae. Non tamè denominatur ab aeterno creans, aut operans, quia denominatio extrinseca creatoris, aut operantis pendet ab effectu in tempore producto.

Instabis: si Deus operaretur ab aeterno, effectus foret aeternus, quid enim impediret? falsum consequens: ergo.

R. D. Maj. si Deus operaretur ab aeterno pro aeterno, effectus foret aeternus, C. sic Filius ejus est ab aeterno genitus. Si operaretur ab aeterno pro tempore, effectus foret aeternus, N. (*Quest. 3. de pot. art. 17. ad 12.*) effectus enim sequitur ab actione secundum considerationem formae, quae est principium actionis: forma autem, quae est principium actionis divinae, est ejus voluntas, cujus conditio est, quòd ponatur effectus, quando vult ipsum poni. Causa ergo, impediens, quin effectus, quem Deus ab aeterno operatur, sit aeternus, est ipsa divina voluntas.

Dices 2. & simitè instabis: de Deo dicitur Psalm. 17. *cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverseris.* Item Deus eundem hominem modo odit, modo diligit. Item dicitur irasci & poenitere: haec autem omnia absque mutatione intelligi non possunt: ergo.

R. Ex jam alibi dictis, haec omnia dici de Deo, non proprie, sed metaphoricè; seu non ratione diversarum affectionum, sed ratione diversorum effectuum, qui correspondent similibus affectionibus in creaturis. Sic dum exercet erga justos opera benignitatis, & misericordiae, maxime conferendo gratias, dicitur bonus cum ipsis, & eos diligere: dum exercet erga peccatores opera severitatis, maxime removendo gratias, dicitur perversus cum illis, & eos odire: dum punit, dicitur irasci: dum opus factum destruit, dicitur poenitere: quia, qui talia agunt inter homines, amore, odio, ira, poenitentia, & hujusmodi passionibus afficiuntur. Quantum autem ad effectum internum, eo modo quo potest esse in Deo scilicet eminentèr, est aeternus, cum sit ipse Deus: unde quos affectu interno diligit, Theol. Billuart. Paris Prima.

git, ab aeterno diligit; quos odit, ab aeterno odit, secundum diversam conditionem personarum, ita ut tota mutatio se ex illarum parte teneat: sic immotus in se manens ab aeterno diligit, & odio habuit Petrum pro diverso statu peccati, & poenitentiae: sicut idem sol pro diversitate subjecti emollit ceram, & indurat lutum; oculos sanos recreat, lippos cruciat: quo exemplo utitur Aug. in Psalm. 72.

Si opponas Lactantium, qui 1. 2. *Divin. Instit. c. 17. & 1. de ira Dei c. 22.* dicit, verè Deum passione irae affici. Jam monui, Lactantium aliàs egregium Religionis nostrae defensorem, in multis errasse, & cautè esse legendum, quamvis hic posset explicari, & intelligi de ira quoad effectum; quia agit contra eos, qui negabant Deum peccata punire. Non attingimus hic gravem difficultatem petitam ex libertate Dei. De hac infra.

Dices 3. Quod generatur, mutatur; atqui de fide est Verbum esse genitum a Patre: ergo.

R. D. Maj. quod generatur incipiendo esse, mutatur, C. Maj. quod generatur non incipiendo esse, sed existendo ab aeterno; mutatur, N. Maj. Ad mutationem enim requiritur, quòd aliquid incipiat esse quòd antea non erat, vel quòd desinat esse quòd antea est. Verbum ab aeterno est quòd nunc est, nec amittere potest quòd nunc habet.

Subsumes: atqui Verbum incipit esse, quòd antea non erat: ergo. Prob. Ant. Incipit esse homo per Incarnationem; atqui antea non erat homo: ergo.

R. N. Ant. ad probationem D. Maj. incipit esse homo per Incarnationem passivè, & ad modum subjecti recipiendo humanitatem in se, N. Maj. eam terminando, & ipsi sui personalitatem tribuendo, C. & omnia Min. N. Cons. Ad hoc igitur, aliquid verè mutetur per adventum alicujus novi, requiritur, quòd ipsi adveniat per modum formae informantis, aut saltè quòd illud recipiat per potentiam passivam: jam autem humanitas non advenit verbo per modum formae informantis, nec eam recipit per potentiam passivam, sed potius agendo in illam, eam scilicet terminando, & communicando illi suam substantiam. Est enim sine illa actus purissimus, integerrimus, & perfectissimus, cui adeo repugnat recipere aliquid passivè, & per modum informantis. De hoc argumento fuissem, dum de Incarnatione. Omissi Minorem; quia, licet Verbum ante Incarnationem non esset formalitèr homo, continebat tamèn eminentèr humanitatem.

Dices 4. Sap. 7. Sapientia dicitur *mobilitior omnibus mobilibus;* sed Deus est sapientia: ergo.

R. Sapientiam dici mobilem similitudinèr, quatenus suam similitudinem citissime diffundit a supremis entibus usque ad infima; omnia enim sunt a sapientia divina tanquam a principio effectivo, & formalis, sicut artificata sunt a sapientia artificis. (*Hic art. 1. ad 2.*)

Quæritur 2. Utrum esse immutabile, sit proprium Dei? R. affirmative. (*Ibid. art. 2. o. Ibid. o.*)

Prob. Omnis creatura est mutabilis, vel secundum esse substantiale, sicut corpora subalternaria; vel secundum esse locale tantum, sicut corpora caelestia, vel secundum ordinem ad finem, & applicationem virtutis ad diversa, sicut in Angelis; vel secundum varias perfectiones accidentales, ut sunt omnia entia creata finita, & imperfecta; vel tandem secundum esse, & non esse, ut iterum universalitèr omnes creaturae, quae sunt in potentia creatis, & conservatis quoad esse, & non esse; atqui Deus nullo ex his modis est mutabilis, ut per singulos discurrerent patebit, & patet ex dictis 1. questione: ergo.

ARTICULUS VIII.

De Aeternitate Dei. D. Thom. Quest. 10.

Quæritur 1. Quid sit aeternitas? (*Quest. 10. art. 1. o. & in 1. d. 8. quest. 2. art. 2. o.*)

R. Aeternitas definitur a Boëtio: *Interminabilis vitae tota simul, & perfecta possessio.* Haec definitio communiter recipitur.

Explicatur: Dicitur *possessio*, & non duratio, non quòd aeternitas non sit duratio, ut infra dicam, sed quia duratio vel nominis dicit quendam distinctionem partium, quae in divino esse non debet intelligi: dixit ergo Boëtius *possessionem*, metaphoricè loquens ad designandum immutabilitatem, & indeficientiam aeternitatis; illud enim, quòd possidetur, firmatur, & quietè habetur. (*Hic art. 1. o. & in 1. loc. cit. ad 6.*)

Dicitur *possessio vitae*, potius quam esse. 1. Quia, quòd est verè aeternum, non solum est ens, sed vivens. 2. Quia ipsum vivere se extendit quodam modo ad operationem, non esse; aeternitas autem est permanentia vel invariabilis in esse, & operari. (*Hic art. 1. ad 2. & o.*) Dicitur *vita interminabilis*, ut designetur aeternitatem neque habere, neque posse habere initium, & finem.

Dicitur possessio tota simul, ad significandum, quod aeternitas careat divisione, & successione secundum prius, & posterius, qualis reperitur in tempore, de cuius ratione est, quod sit successivum, cum sit mensura motus. Aeternitas autem consistit in unico nunc, quod nunquam est praeteritum neque futurum, sed semper nunc. (Ibid. ad 5. & in loc. cit. ad 4.) Dicitur perfecta, ad excludendum nunc temporis; quod licet sit totum simul, nec habeat partes, non est tamen quid perfectum in ratione durationis, cum statim evanescat, neque in illo aliquod perfectè possidet.

Sensus ergo definitionis Boetii est, quod aeternitas sit duratio tota simul, & indeficiens rei viventis, carens successione, principio, & fine.

Dices: aeternitas videtur admittere successione: ergo. Prob. 1. Admittit plus, & minus; nunc enim plus duravit aeternitas quam ante mille annos. 2. Aeternitas continet omnes res creatas, quarum plures sunt successivae, imò ipsam successione, & tempus: ergo.

R. N. Ant. Ad 1. probationem N. Ant. Ad probationem dico, quod aeternitas duraverit quidem duraturum tempore nunc quam ante mille annos, sed sive ipsa, sive Deus, non est ideo duraturum, senior, aut major; quia est indivisibilis, & tota simul. Nos quidem per imaginationem apprehendimus aeternitatem esse majorem, qua majori tempori coexistit, sed fallimur: similes illis navigantibus, quibus terra videtur moveri, cum ipsi soli moveantur, terra manente immota.

Ad 2. probationem; res successivae, & ipsam successione seu tempus contineri in aeternitate, non formaliter, sed eminenter; ita ut omnibus successivis, successionebus, & temporibus coexistat immota, & invariabilis manens; eo ferme modo, quo centrum circuli, quod est indivisibile, correspondet omnibus, & singulis partibus circumferentiae, & manet immotum, quavis circulus circumagatur. Accipere aliam similitudinem. Finge arborem extensam super fluvium ab origine ad ostium fluvii, contineret omnes partes aquae sub se fluentes, & ipsis coexisteter, ipsa non fluens sed immota manens. Ita aeternitas omnia tempora praeterita, praesentia, futura continens, ipsis fluentibus coexistit non fluens, sed immota manens.

Ex dictis colliges 1. aeternitatem duo importare. Primum quasi pertinens ad extensionem illius, nempe quod careat termino durationis, principio, & fine; quod est habere infinitatem in ipsa duratione. Secundum spectans modum durationis, quod careat omni successione, & mutabilitate.

Colliges 2. aeternitatem differre ab aëvo, & tempore, non praesè quia aeternitas caret principio, & fine, & aëvom habet principium, tempus principium, & finem; haec enim differentia est tantum per accidens; si enim aëvom non haberet principium, & tempus neque principium, neque finem, nihilominus distingueretur adhuc ab aeternitate. Vera ergo eorum differentia in hoc sita est, quod aëvom sit duratio rei immutabilis secundum esse substantiale, sed mutabilis accidentaliter, puta penes locum, aut operationem, ut in Angelis; undè ex hac parte non est totum simul. Et tempus sit duratio rei variabilis secundum esse, & operari, est enim mensura motus primi mobilis; & posterior; undè ex nulla parte est totum simul, sed per partes fluens. At verò aeternitas est duratio tota simul rei invariabilis in esse & operari. (Hic art. 4. & 5. o.)

Queritur 2. Utrum Deus, & ipse solus sit aëvom?

R. Affirmativè. (Hic art. 2. & 3. o.)

Prob. Auctoritate. Psalm. 9. dicitur; Dominus in aeternum permanet. Psalm. 110. Tu idem ipse es, & anni tui non deficiunt. Deuteronom. 23. Vivo ego in aeternum. 2. Machab. 1. Deus Creator. Solus praestans, solus justus, solus omnipotens, & aeternus. Hinc Ecclesia in Concil. Lateran. sub Innocentio III. cap. Firmiter, de summa Trinitate: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, aeternus, immensus, &c.

Ratio est: quia aeternitas sequitur immutabilitatem, sicut tempus sequitur motum; atqui Deus, & ipse solus est essentialiter immutabilis: ergo Deus, & ipse solus est essentialiter aeternus. (Ibid.)

Neque solum est aeternus, sed est realiter sua aeternitas, sicut est sua bonitas, & sua sapientia; quia est suum esse, quod nulli creature competit; aeternitas autem nihil est aliud, quam duratio divini esse, seu ipsum esse divinum durans; est tamen ab esse divino virtualiter distincta, sicut alia tributa; quia duratio, & esse in creatis pertinent ad diversa genera: & quamvis duratio in creatis non distinguatur entitative a re durante, est enim ipsa res durans, distinguitur tamen modaliter; est enim modus rei, ita ut, quamvis non possit esse duratio sine existentia rei, potest tamen esse existentia sine duratione proprie dicta, ut si res statim ac coepit esse, desinat. (Ibid. art. 1. o.)

Quando ergo quaedam verba temporis praeteriti, praesentis, aut futuri dicuntur de Deo, ut Apoc. 1. Qui est, qui erat, & qui venturus est, non sic accipienda sunt, quasi Deus successivè varietur per praesens, praeteritum, & futurum; sed quia ejus aeternitas omnes temporum differentias includit. Similiter, cum designantur operationes Dei successivae, successio non debet accipi ex parte principii, sed ex parte effectuum.

Quando verò quaedam praeter Deum dicuntur aeterna, intelligenda sunt, vel de aeternitate improprie sumpta, pro longissima duratione, ut Psalm. 77. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Et Gen. 49. Donec veniet desiderium columbarum aeternorum. (Ibid. ad 2.) Vel participative, seu propter interminabilitatem tantum, quam habent non ex se, sed ex beneplacito Dei, ut dicitur de igne inferni Math. 25. Ubi sit in supplicium aeternum.

Queritur 3. Utrum aeternitas habeat rationem verè durationis respectu Dei? R. Affirmativè. 1. Quia aeternitas se habet respectu Dei, sicut aëvom, & tempus respectu creaturarum, sunt enim tres species sub eodem genere; atqui aëvom, & tempus sunt verè durationes respectu creaturarum; ergo & aeternitas respectu Dei. (Ibid. o. & in 1. d. 19. quaest. 2. art. 2.)

2. Si aeternitas non haberet veram durationem respectu Dei, ideo esset, quia duratio importat successione; atqui falsum consequens: ergo. Major est adversariorum. Prob. Min. Licet, ut jam dixi, duratio, secundum Etymologiam nominis, dicat quandam extensionem successivam partium, quantum tamen ad rem significatam, & vi proprii conceptus, non importat successione, quin imò successio minuit perfectionem durationis, quia duratio quoad rem significatam, nihil est aliud quam permanentia rei in esse, undè tanto aliquid perfectius durat, quanto minus amittit de esse: in successione autem includitur aliqua amissio essendi, quatenus successivum non eodem modo permanet, sed transit de potentia ad actum: Ergo successio non est de conceptu durationis, sed potius eam imperfectam efficit.

Queritur 4. Utrum aeternitas habeat rationem mensuræ respectu Dei, & creaturarum? multi affirmant, multi negant; utriusque videtur favere D. Thomas.

Ante responsum nota, duplicem esse mensuram, extrinsecam, & intrinsecam. Extrinseca est, quae mensurat aliquid extra se, & ideo per applicationem ad mensuratum: sic duratio motus primi mobilis, quae est tempus, collecta, & replicata per numeros, puta per horas, & applicata per intellectum motibus inferioribus illos mensurat tanquam duratio uniformior, & regularior, quia perfectissimum in unoquoque genere est mensura ceterorum, sic etiam illa mensurat pannum, libra pondus. Haec mensura, ut patet, distinguitur a mensurato, & terminat ejus relationem.

Mensura intrinseca est, quae inest rei mensurae; & ideo non mensurat per applicationem, sed per informationem, vel identitatem, undè non distinguitur realiter a mensurato, nec terminat ejus relationem. Sic tempus, quod est mensura extrinseca respectu nostri, est intrinseca respectu motus primi mobilis; non enim habet aliud tempus superius quo mensuretur; & quod est in alioquo genere perfectissimum, est mensura sui, & ceterorum, intrinseca sui, extrinseca ceterorum. Undè duratio motus primi mobilis est secundum diversos respectus mensuratum, & mensura: quatenus dicit extensionem successivam, est mensuratum; quatenus dicit perfectionem uniformitatem, & regularitatem, est mensura.

Insuper mensura debet notificare quantitatem mensurati, ideo enim assumitur mensura, ut dignoscatur quanta sit res aliqua. Non debet tamen notificare a posteriori, & per effectus notiores quoad nos, sed a priori in quantum est perfectissimum sui generis, & ea ratione mensura ceterorum; eo ipso enim, quantum est de se, est notificativa quantitatis mensurati. His notatis.

R. Probabilius est, aeternitatem habere rationem mensuræ respectu Dei, & ejus durationis: ita ut duratio Dei, quatenus explicat virtualem ejus extensionem infinite durativam, sit mensuratum; quatenus vero explicat summam uniformitatem, & immutabilitatem in durando, sit mensura. Videtur esse D. Thomae, qui hic art. 3. o. bis repetit, aeternitatem esse mensuram rei permanentis, & in 1. d. 19. quaest. 2. art. 2. ad 1. dicit, Deum esse in nunc aeternitatis tanquam in mensura propria, alia verò tanquam in mensura excedente.

Prob. Ratio mensuræ secundum se; semotis imperfectionibus quas accidentaliter involvit, convenit Deo; atqui aeternitas continet conditiones mensuræ semotis imperfectionibus: ergo. Major, & Minor sunt probandae. Prob. Maj. Ratio mensuræ secundum se nullam involvit imperfectionem, sicutque est perfectio simpliciter simplex, nihil enim assumit in mensuram, quod non sit perfectissimum in suo genere, & ea ratione mensura manifestativa quantitatis ceterorum. Quod autem distingua-

guatur realiter a mensurato, & quod inde mensuratum pendeat a mensura, sitque imperfectum perfectibile per illam, haec non includit mensura secundum se, sed quatenus est extrinseca; secundum se autem petit conjugui mensurato, aliter enim non mensurat. Undè, quanto perfectior est mensura, tanto perfectius conjuguitur mensurato; ita ut, si sit mensura perfectissima & infinita, identificetur cum illo, sicutque reddat illud perfectè sibi conjugatum, & consequenter perfectè mensuratum ergo mensura non dicit de se distinctionem realem a mensurato. In Deo autem ponimus mensuram intrinsecam, & identificatam cum mensurato.

Prob. Min. aeternitas importat summam uniformitatem durationis simplicissime, ratione cujus dignoscitur, quanta sit haec duratio: ergo habet rationem mensuræ; ideo enim tempus, quod est duratio motus primi mobilis est mensura sui, & ceterorum, quia inter creata est maximè uniforme, & regularè, & ea ratione ostendit quantum ipsa sui, & ceterorum duratio sit extensa. Insuper aeternitas est intrinseca, & identificata Deo, Deique durationi, proindeque indistincta realiter, nec terminans relationem dependentiae mensurati.

Dices 1. Non potest concipi mensura, nisi ut perfectio: ergo nec mensuratum, nisi ut imperfectum, perfectibile per illam; consequenter realiter distinctum, & dependens ab illa, quae omnia repugnant Deo: aliudè nihil est mensura sui ipsius.

R. Concesso Anteced. N. Consequ. ubi agitur de mensura intrinseca, identificata cum mensurato. Equidem non potest concipi mensura intrinseca, nisi ut perfectio; non ad ideo debet concipi mensuratum, ut imperfectum potentiale, & perfectibile per illam, quasi per aliquid extraneum, si quidem illam perfectionem habeat sibi identificatam; sed sequitur tantum, quod non explicat illam, sicut eam explicat mensura, implicat tamen illam ut suam. Sic objectum intelligibile concipitur in Deo; ut perfectivum intellectus, quia specificativum, non quod periciat intellectum quasi quid imperfectum, & potentiale, sed quia per suum conceptum explicat perfectionem, quam non explicat intellectus, quam tamen sibi identificat, & implicat, ut suam.

Ad id, quod additur; verum est, nihil esse mensuram sui ipsius sub eadem ratione, benè tamen sub diversa, ut explicui in conclusione. Habemus exemplum in tempore. Quatenus enim dicit extensionem motus primi mobilis, est mensuratum, quatenus dicit uniformitatem, & regularitatem talis motus, est mensura, & sic est mensura sui ipsius sub diversa ratione.

Dices 2. S. Thomas hic art. 3. dicit: Aeternitas non est aliud, quam ipse Deus. Undè non dicitur Deus aeternus, quasi alio modo mensuratus; sed accipitur ibi ratio mensuræ secundum apprehensionem nostram tantum. Et in 1. d. 19. q. 1. art. 1. ad 4. divina magnitudo nullo modo est mensurabilis, vel mensurata, nec ab alio, nec a se. Primum quia numeratio ponit terminationem, & divina magnitudo non habet terminum intrinsecum, & extrinsecum. Secundo, quia commensuratio non est unius quantitatis ad se, sed duarum.

Quidam, ut se expediant ab his textibus, intelligunt aeternitatem esse mensuram Dei, non formalem, sed virtualem; & dicitur, S. Thom. in objectione negare aeternitatis rationem mensuræ formalem, non virtualem; ita Gonet. Quamvis haec sententia non sit improbabilis, non videtur tamen neesse illuc confugere. Undè

R. S. Thomam locis objectis intelligendum esse de mensura intrinseca, realiter distincta, per applicationem mensurante, & excedente. Et quantum ad 1. patet; ideo enim negat S. Doctor, Deum mensurari aeternitate, quia, inquit, ipse est sua aeternitas intelligit: ergo non mensurari aeternitate tanquam mensura a se distincta. Addit: sed ibi accipitur ratio mensuræ, scilicet actu distincta, qualis solet adhiberi in humanis, secundum apprehensionem nostram tantum; quia esse, & aeternitas in Deo non distinguuntur actu, nisi secundum apprehensionem mentis nostrae. Quantum ad 2. evidentius adhuc patet. 1. Quia ibi loquitur de mensura, quae ponit terminationem consequenter excedente. 2. Quia dicit, commensurationem non esse unius quantitatis ad se, sed duarum: ergo loquitur de commensuratione, quae fit per aliquid extrinsecum, & distinctum: undè ibidem solutionem concludit, dicendo quod divina magnitudo nihil diversum ab ipsa commensuratur: ergo, quando mensuram negat Deo, loquitur de mensura, quae sit diversa & extrinseca.

Queritur 5. Utrum aeternitas habeat rationem mensuræ respectu creaturarum?

R. aeternitatem esse mensuram creaturarum, sed inadèquata, & excedente. Ita, S. Thom. 1. loco cit. in superiori respons.

Ratio est; quia aeternitas est mensura actionis divinae, qua Deus creaturas producit, & conservat in suo esse: ergo est etiam mensura terminorum hujus actionis.

Theol. Billuart. Pars Prima.

Est autem mensura inadèquata & excedens, quantum ad duo. 1. quantum ad extensionem; quia omnes durationes comprehendit sine principio & fine: 2. quantum ad modum mensurationis; quia modo immutabili mensurat, nec per numerationem, sed per summam unitatem, & indivisibilitatem.

Plura circa has difficultates possent dici, sed quia sunt minus necessaria, omittimus: videri potest Joannes a S. Thom. in hac quaestione; celebriorum verò difficultatem de praesentia reali rerum etiam futurarum in aeternitate remittimus ad quaest. de Scientia Dei.

ARTICULUS IX.

Utrum Deus sit unus? D. Thom. Q. 11.

Nota 1. Ad intelligentiam unitatis Dei S. Doctor expendit unitatem entis in communi; & docet, unum transcendentale non addere supra ens rem aliquam, sed tantum negationem divisionis; ita ut si unum sumatur, proit distinguitur ab ente, dicat formaliter negationem tantum: si autem sumatur in tota sua significatione, dicit formaliter perfectionem, numerum entitatem indivisam; unum enim formaliter nihil est aliud, quam ens indivisum: undè haec divisionem, seu negationem divisionis addit enti, non ut formam unum constitutam, sed ut modum intrinsecè connotatum: unum itaque non est entitas praesès, neque indivisio praesès; sed entitas connotans indivisionem, seu ut substat negationi divisionis. Et quia entitas ut sic, & entitas ut substans indivisioni realiter sunt idem, ita unum & ens sunt idem realiter, & sola ratione distinguuntur. Quia tamen prius concipimus rationem entis, quam rationem indivisi; ideo unum concipimus, ut passionem entis. (Q. 11. art. 1. o.)

Hoc autem unum transcendentale opponitur privativè multitudini; quia significat privationem divisionis. Sed unum quantitativum, quod est principium numeri, opponitur multitudini relative; quia unitas quantitativa se habet ad multitudinem: sicut mensura ad mensuratum; multitudine enim mensuratur per unitatem replicatam. (Ibid. art. 2. o.)

Nota 2. Dum quaerimus, utrum Deus sit unus, non est quaestio de unitate positiva, & specifica, quia aliquid est ens indivisum in se, & divisum a quolibet alio ejusdem speciei; quo sensu quilibet homo est unus: sed de unitate numerica, & exclusiva, qua aliquid ita est unum, ut excludat quodcumque aliud ejusdem naturae, & sit in ea unicum, quo sensu dicimus, solem esse unum. Quaerimus ergo, utrum Deus, sit solus, & unicus Deus, ita ut praeter ipsum nullus sit alius Deus.

Nota 3. Polytheismum, seu deorum pluralitatem eò usque protendit caeca, & insana gentilitas, Idololatrie penitus addicta, ut, teste Eusebio l. 5. preparat. Evang. c. 15. Hesiodus triginta millia deorum numeravit. Causas & originem Idololatrie expendimus cum Authore in Tract. de Religione Dissert. 7. art. 2. §. 3. & varias ejus species exposuimus ibidem §. 1. Require ibi.

Inter Christianos autem haeretici non pauci unitatem Dei impugnaverunt, si praesertim, qui duo principia admittentium unum bonum rerum invisibilium auctorem; alterum malum rerum visibilium causam. Tales fuerunt Gnostici, Duce Carpocrate saeculo 2. Marcionitae, sic dicti a Marcione eodem saeculo, Valentiniiani a Valentiano eodem saeculo, c. 15. Herodorus triginta millia deorum numeravit. Causas & originem Idololatrie expendimus cum Authore in Tract. de Religione Dissert. 7. art. 2. §. 3. & varias ejus species exposuimus ibidem §. 1. Require ibi.

Inter Christianos autem haeretici non pauci unitatem Dei impugnaverunt, si praesertim, qui duo principia admittentium unum bonum rerum invisibilium auctorem; alterum malum rerum visibilium causam. Tales fuerunt Gnostici, Duce Carpocrate saeculo 2. Marcionitae, sic dicti a Marcione eodem saeculo, Valentiniiani a Valentiano eodem saeculo, c. 15. Herodorus triginta millia deorum numeravit. Causas & originem Idololatrie expendimus cum Authore in Tract. de Religione Dissert. 7. art. 2. §. 3. & varias ejus species exposuimus ibidem §. 1. Require ibi.

Contra hos omnes Dico: Deus est unus. (Ibid. art. 3. o.)

Contra illos, qui admittunt veteri testamentum, quales fuerunt plures Judaei apud Anatum in Apparatu l. 7. art. 1. Prob. ex illo Deuteronom. 6. Audi Israele: Dominus Deus unus est. Et cap. 31. Vide quod ego sum solus, & non sit alius Deus praeter me. Et alibi.

Contra Haereticos, qui admittunt novum Testamentum. Prob. ex illo Marci 12. Bene magister in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius praeter eum. Joann. 17. Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum. 1. Cor. 8. Scimus quia nihil est Idolum in mundo, & quod nullus est Deus nisi unus. His & aliis similibus accedunt Professiones fidei in Symbolo Niceno, Constantinop. Athanasii, & omnium Patrum consensus in suis scriptis.

Contra Gentiles; & quoscumque alios prob. ratione triplici

ei. Prima petitur ex summa Dei simplicitate. Singularitas est de essentia, seu natura Dei; atqui enti essentialiter singula repugnat esse multiplex: ergo. Minor patet, quia singularitas est multiplicabilis: alioquin, si esset multiplicabilis, foret communis multis, & jam non singularis. Sic, si singularitas seu hęcceitas, qua Sortes est hic homo, foret de essentia naturę humane, sicut rationalitas, esset unicus homo in mundo. Prob. Maj. Per id Deus est singularis, seu hic Deus, per quod est Deus; atqui essentialiter est Deus: ergo essentialiter est hic Deus; seu singularitas est de ejus essentia. Prob. Major; quia, si per aliud esset Deus, & per aliud hic Deus, natura divina deberet contrahi per hęcceitatem, seu differentiam individualem, sicut esset in Deo quaedam compositio, & non summa simplicitas: ergo.

Si dicas: natura Angelica est essentialiter singularis secundum Thomistas, & tamen sunt plures Angeli, saltem specie: ergo hæc D. Thomę ratio inefficax est. (Ibid.)

R. N. Conseq. Hęc est enim disparitas inter Deum, & Angelos, quod natura Angelica licet specificē sumpta, sit essentialiter singularis, quia caret principio multiplicationis numerice, scilicet materia, & ideo non possunt esse plures numero Angeli in eadem specie; attamen genericē sumpta non est essentialiter determinata ad unam speciem, unde possunt esse plures species Angelorum, at in Deo non datur neque genus neque species, sed est ex omni parte simplicissimus, & summē singularis; unde neque quoad speciem, neque quoad numerum potest multiplicari.

Secunda ratio petitur ex infinita Dei perfectione. Deus est ens infinite perfectum; atqui non possunt esse duo, vel plura entia infinite perfecta: ergo. Prob. Minor. Si essent duo entia infinite perfecta, oporteret ea inter se differre; illud autem quod differret, esset vel imperfectio; & hoc dici non potest, quia ens infinite perfectum nullam admittit imperfectionem: vel esset perfectio; neque id dici potest, alias unum deberet perfectio, quam alter haberet, sicut istud primum non esset infinite perfectum: ergo. Huic affinis est hæc altera Ratio: Deus est summum ens; summum bonum; atqui quod est summum, nec majus nec par habet, alias non foret summum: ergo unum. (Ibid.)

Tertia ratio petitur ex unitate, & ordine Universi. Nominis Dei intelligimus supremum mundi rectorem, & gubernatorem; atqui unicus est mundi Gubernator: ergo unicus Deus. Prob. Minor: diversa & inæqualia mundi entia, alia superiora, alia inferiora, ita ordinata sunt, ut alia aliis firma lege deserviant, & coordinentur; atqui sic in unum ordinem convenire non possunt, nisi ab uno ordinentur, quia per se unum unum est causa, & multa non sunt causa unius nisi per accidens; in quantum scilicet sunt aliquo modo unum. (Ibid.)

Instauratur magis hæc ratio. Si essent duo, vel plures dii vel unum sufficeret ad gubernationem totius Universi, ita ut idem omnino, & omni modo faceret quod alter; vel non sufficeret, sed alterius ope indigeret, ita quod unus aliquid, aut aliquo modo, & alter aliud aut alio modo faceret. Si primum: ergo istre alter est superfluum; nihil est autem absurdius, quam ponere Deum superfluum. Si secundum: ergo neuter est Deus, quia neuter omnipotens, neuter factor omnium; & ordinatio rerum, qua est perfectissimum in toto Universo, est effectus per accidens, scilicet a pluribus causis fortuito in unum concurrentibus.

Item vel unus conveniret necessariò cum alio in regimine Universi, ita ut ab alio dissentire non posset, vel esset liber, & posset ab illo dissentire. Si primum: ergo non est Deus utpote dependens ab altero, & illi subjectus. Si secundum: casu quod dissentiret, & alio modo de rebus Universi vellet disponere; aut unus in hoc bello prevaleret, & omnes creaturas sibi subiceret; & sic alter imbellis, & victus non esset Deus: aut neuter prevaleret, sed quisque sibi certam portionem creaturarum subiceret; & sic neuter esset Deus, quia neuter esset omnipotens, neuter sibi subiceret omnes creaturas, atque ordo Universi dissolveretur: ergo manifeste necessum est ponere unicum mundi Gubernatorem. Quod autem posset obijci de tribus personis divinis, non obstat, quia per unam, & eandem naturam, unam voluntatem, unam & eandem omnipotentiam gubernant.

Dices 1. In scripturis multi appellantur dii. Ps. 81. Ego dixi: dii estis, & filii excelis omnes. Ibid. Deus stetit in synagoga deorum. Exod. 7. dixit Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis. 1. Cor. 8. Sunt qui dicuntur dii sive in celo, sive in terra. (Si quidem sint dii multi, & Dominus multi) nobis tamen unus est Deus: ergo.

R. cum Catechismo Rom. part. 1. n. 9. Quod sacre Littere Prophetas, & Judices deos appellant, non Gentium more factum est, quo sibi plures deos stultè, & impiè fixerunt; sed quadam loquendi consuetudine significare voluerunt excellentem aliquam virtutem, vel functionem, qua Dei munere illis concessa est. Sic dii appellantur Prophete propter revelationem futurorum illis factam: Judices propter auctoritatem vite, & necis illis concessam: Justi propter inhabitantem Spiritum sanctum: & sic de ceteris. (Ibid. ad 1.) Quantum ad Apostolum, dum dicit, si quidem sint dii multi, non loquitur ex propria sententia, sed juxta sententiam, & errorem eorum, qui ponebant plures deos, ut patet ex verbis subjunctis; quasi diceret: sunt quidem juxta Gentes errantes dii multi, nobis autem per Christum illuminatis unus est Deus.

Dices 2. S. Basilium Epist. 147. negat esse unum numero: ergo.

R. cum Sylvio, S. Basilium hoc non negare, quasi velit esse plures deos, hanc enim a se propulsat calumniam Epist. 80. Tres deos, inquit, predicari a nobis causantur, istoque figmento multorum aures circumsonant; nec cessant donec hanc calumniam credibilem faciant. Sed unum accipit pro eo, quod non est simplex, sed constat partibus, que numerari possunt: dicit enim ibidem, quiquid numero dicitur unum, unum revera aut simplex natura non est. Deum autem simplicem & incompositum consistentem omnes; non est itaque Deus numero unus. Negat ergo, Deum esse numero unum, quasi constaret partibus, que numerari possint, aut sit divisibilis in plura singularia; quamvis sit unus exclusivè; hoc est, sic unus, ut non plures.

Dices 3. Multa in Historicis leguntur miracula a diis Gentium perpetrata; multa futura prænuntiata, multi morbi, qui videbantur insanabiles, sanati, &c. ergo.

R. Hęc ut plurimum esse facta; & si quaedam ex parte sint vera, adscribenda sunt industriae, & perspicaciae demonum; hi enim ingenio acutissimo præditi longe melius, quam nos ex circumstantiis presentibus, que futura sunt, conjecturaliter noscere possunt; & cum rerum naturalium virtutum apprime calleant, eam variis applicando videntur patrare miracula, dum non nisi effectus merè naturales edunt.

DISSERTATIO IV.

DE COGNOSCIBILITATE, ET DIVISIONE DEI A NOBIS; NECNON DE EJUS NOMINIBUS.

D. Thom. Quest. 12. & 13.

Insuperioribus consideramus, qualiter Deus sit secundum se ipsum; nunc considerandum est, qualiter sit in cognitione nostra, id est, quomodo cognoscatur a nobis, (Q. 12. in præm.) Multipliciter Deus potest a nobis cognosci. 1. Abstractivè per effectus, sic per creaturas cognoscimus naturaliter Deum, ut Actorem nature: juxta illud Apost. ad Rom. 1. Invisibilia Dei per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur. 2. Supernaturaliter, sed obscurè, per fidem. 3. Supernaturaliter, clare, & intuitive, ut est in se, quomodo Beati in Cælo cum videntur. Hęc Dei cognitio dicitur visio; quia, sicut dicimus rem corpoream videre, quando eam presentem clarè, & intuitivè

oculo corporeo attingimus; ita dicimus rem spiritualem videre, quando intellectus, qui est oculus mentis, clarè & intuitivè fertur in eam, ut realiter sibi in se presentem.

De cognitione Dei per fidem agit S. Doctor in 2. 2. de cognitione naturali, & abstractiva per effectus agit in 2. ultimis Articulis hujus questionis: in ceteris 11. de cognitione Dei per visionem intuitivam. De eadem visione Dei sub diverso respectu tractat in variis locis. In 1. 2. tractat de illa, ut est beatifica, & ultimus finis. In Supplemento tractat de illa ut pertinet ad statum glorię, ad quem ducimus per Christum. Hęc de illa agit præcisè, ut pertinet ad cognoscibilitatem Dei.

ARTICULUS I.

Utrum essentia divina videri possit oculo corporeo.

Deum posse videri oculis corporeis, censuerunt quotquot inter Gentiles, & Hęreticos illum fixerunt corporeum. Inter Catholicos verò, qui Deum purum Spiritum agnoscunt, sunt nihilominus, qui contendunt ipsum posse videri, & de facto videndum oculo corporeo, non crasso & materiali, ut nunc est, sed glorificato, non per visionem corpoream, sed per visionem spiritualem ipsi unitam. Itā plures de Schola Carmelitarum Calcatorum cum Magistro suo Bone-spei. Valentia autem probabile reputat, posse creari oculum corporeum, qui vel natura sua, vel dono aliquo superaddito possit videre Deum: contra quos omnes cum Authore & communi sententia

Dico 1. Essentia divina non potest absolute videri, ut est in se, oculo corporeo, etiam glorificato.

Prob. 1. ex Scriptura 1. Tim. 1. dicitur: Regi sæculorum immortalis & invisibilis: Et cap. 6. Quem nullus hominum vidit: sed nec videre potest. Atqui istæ autoritates debent intelligi de visione per oculum corporeum: 1. Quia sic communiter interpretantur SS. Patres & Theologi: non licet autem interpretari Scripturam contra communem sensum SS. Patrum & Theologorum. 2. Quia non potest intelligi de visione per mentem siquidem in pluribus aliois Scripturæ locis declaratur, Deum esse visibilem oculis mentis, ut 1. Joann. 3. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et alibi, similiter, ut videbimus art. sequenti.

Prob. 2. ex Patribus. Origenes contra Celsum dicit: Falsè igitur nobis imponit Celsus, dicens nos sperare oculis corporeis Deum esse visuros: & addit, quod sola mens Deum videat. S. Cyrillus Jerosol. Catech. 9. Carnis quidem oculis cerni Deum non potest; nam incorporeum sub corporeis oculis cadere nequit. S. Athanas. apud S. Aug. Epist. 111. dicit Deum, Secundum deitatis sue proprietatem, omnino Deum esse invisibilem. Nisi in quantum mente ac spiritu usque potest. S. Ambros. apud eundem ibid. ut infra citabitur. S. Hieron. apud eundem ibid. idem asserit & probat, quia Res incorporalis corporalibus oculis non videtur.

Quantum ad S. Aug. de quo potissimum est difficultas, cum constanter tenuisse nostram sententiam, multis evincitur. 1. Epist. 6. ad Italiam dicit: Hoc (nempe Deum) oculis videre corporis, neque videri potest, neque sine potest; quod multis argumentis probat, & oppositam opinionem insipientium & demanialis vocat. Epist. 112. seu libr. de videndo Deo, postquam eandem sententiam confirmavit in priori, & in hac Epistola ex Scripturis, ex SS. Ambrosio, Hieronymo, Athanasio citatis, concludit sic verbis Ambrosii: Nec in loco Deus videtur, nec corporalibus oculis quaeritur; & addit: Hanc autem etiam meam esse sententiam, confiteor. In Ps. 41. post initium: Non videm videri Deum nisi animo potest. Et alibi plurius. Tandem S. Fulgentius ejus discipulus, cui S. Doctoris mens melius perfecta erat, quam sit quibusdam Recentioribus, ad Q. 3. Ferrandi, testatur hanc esse sententiam sui magistri, eique subscrit his verbis: Oculis corporalibus Deus spiritus non videtur. Et non corporis, sed anime oculis Deus suam visionem promittit.

Si dicas laudatos Patres intelligendos esse de oculo corporeo crasso & materiali, proit est in hoc statu, non qua glorificato, ac in virtutem mentis quodam modo converso

Contra: 1. Laudati Patres locuntur de visione Dei, quæ erit in altera vita post resurrectionem; tunc autem erit oculus glorificatus. 2. Sic excludit oculum corporeum a visione Dei, ut illum soli menti adscribant. 3. Plerique ex citatis Patribus ideo negant, oculum corporeum posse videre Deum, quia corpus non potest videre spiritum; atqui hæc ratio currit etiam pro oculo glorificato, nisi forte dicas per glorificationem evadere spiritum: sed hac hypothesis cessat questio, & tota difficultas.

Prob. 3. Ratione. (Ibid.) Deus est spiritus; atqui absolute est impossibile, spiritum videri oculo corporeo: ergo. Major est de fide. Prob. Min. Impossibile est, potentiam aliquam ferri extra latitudinem sui objecti adequati, seu extensivi; in hoc enim differt objectum adequatum, seu extensivum, ab objecto proportionato, quod sub proportionato comprehendatur tantum ea, que potentia naturaliter, & absque elevatione attingere potest. Adequatum autem & extensivum comprehendit omnia, ad quæ potentia, etiam supernaturaliter & ex elevata ferri potest: sicut impossibile est, potentiam aliquam ferri ultra latitudinem sui objecti adequati & extensivi: alioquin foret adequatum & extensivum, ut supponitur; & non foret, quia ultra illud potentia supernaturaliter se extenderet. Atqui spiritus non continetur intra latitudinem objecti extensivi & adequati oculi corporei: Ergo. Prob. Min. Objectum adequatum ocu-

li corporei, sicut & omnis potentia materiali, et quid corporeum & materiale, nimirum oculi color, auris sonus, odoratus odor, &c. ergo. Prob. Ant. 1. Ex sensu communi hominum & definitione harum potentiarum communiter recepta, Visus enim communiter definitur, potentia perceptiva coloris lucidi; auditus, potentia perceptiva soni; & sic de ceteris. 2. Ex illo Christi ad discipulos Luc. 24. Palpare & videre, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Porro si spiritus contineretur intra objectum adequatum oculi corporei, alteriusve sensus materiali, ita quod oculum posset supernaturaliter illum videre, Christus inefficaciter probaret veritatem suæ carnis ex hoc, quod possit tangi & videri; siquidem in hac sententia etiam spiritus virtute divina possit tangi & videri. 3. Objectum adequatum oculi corporei, alteriusve sensus materiali minus late patet, quam objectum intellectus. Id primum experientia testatur, & etiam ratione constat; quia eo minus potentia extenditur, quo magis est materialis: per materiam enim limitantur potentia active; unde videmus, quod objectum sensus exterioris sit magis restrictum, quam objectum sensus interioris; & hujus, quam intellectus; quia sensus exterior est magis materialis, quam interior, & hic, quam intellectus: imò intellectus, licet pro hoc statu dependeat aphantasmatibus, ideo limitetur ad quidditatem rei materiali; tamen quia secundum communem rationem intellectus non habet limitantem materiam, est illimitatus & fertur in quodcumque ens, & in rationes communes entis a materia præcisas: ergo objectum adequatum sensus materiali debet esse materiale, neque enim possumus alium limitem ipsi præterire; & si se posset supernaturaliter extendere ad spiritualia & ad Deum, foret illimitatus sicut intellectus; imò foret intellectus supernaturaliter, quia esset supernaturaliter potentia perceptiva veri, & entis ut sic.

Confirmatur. Deus magis distat in ratione objecti ab objectis sensibilibus, quam unum sensibile ab altero sensibili, v. g. quam color a sono; atqui absolute fieri non potest, quod oculus audiat sonum, & auris videat colorem: alioquin jam non forent duo sensus distincti, sed oculus foret auris, & auris oculus: ergo a fortiori fieri non potest, ut Deus videatur oculo corporeo.

Si dicas, aqua materiali in Baptismo ut elevata agit in animam, similiter ignis materiali in inferno: quidni pariter oculus corporeus, ut elevatus, posset attingere Spiritum?

R. Disparitatem esse, quod tam aqua in Baptismo, quam ignis in inferno agant merè efficienter, ut causæ instrumentales Dei: de ratione autem causæ instrumentalis est, quod attingat effectum sua virtute superioriorem, quia agit virtute principalis agentis: at verò potentia visiva est causa vitalis & principalis visionis; quæ vitalis, visio debet ab illa egredi, ut ipsi proportionata; quæ principalis, cum agat virtute propria, non potest agere extra latitudinem sui objecti adequati.

Prob. 4. Visio Dei est immaterialis, utpote ipsi Deo immateriali proportionata. Atqui implicat, actum immaterialem elicere vitaliter & principaliter a potentia materiali, quantumvis elevata.

Prob. 5. ab inconvenienti. Si Deus posset supernaturaliter videri oculo corporeo hominis, posset pariter videri supernaturaliter oculo bruti, puta, bovis aut canis; potentie enim sensitivæ brutorum sunt ejusdem, imò quandoque majoris perfectionis quam potentie sensitivæ hominis; atqui absurdum videtur consequens, ut magis declarabitur: ergo.

Respondent discipuli Bone-spei cum suo Magistro, hæc omnia probare, oculum corporeum non posse videre Deum visionem corpoream, at non visionem spiritualem ipsi unita. Sed contra

Dico 2. Fieri non potest, etiam de potentia Dei absoluta, ut oculus corporeus videat divinam essentiam visionem spiritualement ipsi unita.

Prob. 1. Quia Patres, in 1. conclusione laudati, dicunt, Deum non posse videri nisi sola mente. 2. Quia, in hac sententia, argumentum, quo Christus probat veritatem suæ carnis, etiam esset inefficax.

3. Quia visio est actio vitalis; atqui ut actio debet necessario esse ab agente; conceptus enim actionis est formaliter conceptus expressivus. (Infr. q. 13. art. 10. o. & ad 3. & 1. c. gent. c. 97.) Ut vitalis debet esse necessario ab intrinseco se movente; per id enim distinguimus viventia a non viventibus, quod viventia se moveant ab intrinseco, secus mortua: sic dicimus, primum animal vivere, quando incipit ex se motum habere; & tandiū judicatur animal vivere, quando talis motus in eo apparet: quando verò ex se jam non habet alium motum, sed tantum movetur ab alio, tunc dicitur animal mortuum propter defectum vite. Unde ea, que videntur se movere, & quorum motores vitæ ignorat, dicimus similitudinè vivere, ut argementum vivum, aqua scaturens, &c. Ergo impossibile est, quod oculus corporeus videat Deum visionem spiritualement ipsi unita. 4. Visio spi-